



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Replica Ioan. Eckii Adversvs Scripta secunda Buceri
apostatæ super actis Ratisponæ**

Eck, Johannes

Ingolstadii, 1543

VD16 E 416

Principes & ciuitates recedentes a recessu Augustano.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30106

vt quos diabolus coniunxit, homo non separet. Euangeli-
um Lutheri plus mille locis falsatum prædicat, & vitio car-
nis cæcus, cæcos alios in foueam agit, vt omnes simul per-
petuis cruciatibus affligantur. Anathema ergo sit Luther
in Bucero, sicut Manichæus in Fausto.

Fol. 10
Galat. 5

Quærit episcopos, clerū & monachos XX. annos cona-
tos, vt extinguant Lutheranos, & recte. Sic optabat Pau-
lus: Vtinam abscindantur, qui vos conturbant, Sed nos ma-
gis querimur etiam hodie episcopos tam negligentes esse,

Fatetur subinde plurimas fanaticas doctrinas, & exitios-
as hæreses excitatas. Recte propterea vobis obijcimus Sa-
cramentarios, Parabaptistas, Ikonoklastes, Spirituos, & si-
milia viperarum genimina, nata ex vobis, & filios vestros
esse: & hi sunt fructus vestri euāgelij. Quare recte dixit de
hæreticis B. Hieronymus: Hæretici diuisi sunt inter se.

Et hoc quoq; verum. Cum audissent à Ludderanis, de-
bere magis obedire deo, quàm hominibus: eruperunt aliq,
qui mādāta ecclesie ac iussa principum, etiam ea quæ cum
mandatis dei consentiunt, contemnerent ac protererent,
Id autem non solum Pneumatici fecerunt, omne regimen
politicum aspernati, sed & maiores status regalia à Cæsare
habentes, mandata & ædicta Cæsaris contemnerent faciūt,
non attendentes quod sigillis suis firmauerint cum Impe-
ratore se mansuros & recessui Augusteñ. adhæsuros.

Lutheras
ni reduti
cōtra mā-
data prin-
cipum.
Sigillātes
recessum
Augusta-
rum.
cc. 1
Verum.

Etiam hoc probamus, quod ait, dum in cæremonijs, pre-
cibus, ieiunijs & castigationibus carnis, hypocrisim oppu-
gnauimus, hinc homines carnales & mancipia satanæ, ve-
ra religionis opera reiecerunt, disciplinamque Christi dis-
soluerunt, & licentiæ eorum non fauentes oderunt, quod
etiam nunc apostatæ faciunt. Nimis accurate nugas & do-
los huius prosequor, studebo esse breuior: nam notissima
sunt mendacia, quod doctrinæ suæ falsæ pietatem arrogat,
euangelium in ecclesijs siluisse, cum semper euāgelium fue-
rit

rit prædicatum, licet non cum glossis hæreticis & Lutheri-
cis, sicut ipsi faciunt.

Conqueritur de episcopis, qui tantum hoc cogitant &
moliuntur, quomodo eos opprimant. Utinam ex animo
hoc dudum cogitassent deo amabiles prælati non tam las-
te serpsisset hoc malum. In Apologia excusavi hunc episco-
porum conatum, si habeant, sicut habere deberent.

Ex mutua infectatiōe catholicorū & hæreticorū ait Bu-
cer esse natum, vt religio indies euanescat, sensimq; plane
extinguatur. Videmus oēs, quo prolabatur omnis in vul-
go cura, quàmq; pauci vbiq; supersint, quos vllus teneat di-
uini iudicij metus. Hic est fructus vestri euangelij: nā cul-
pam catholicis non potestis tribuere prædicatoribus, qui ea
docent & prædicant, quæ Germania credidit ex eo, qd fidē
Christi susceperūt: vnde & Germani apud oēs natiōes lau-
dati sunt in fide Christiana, qui modo vbiq; male audiunt
ob perfidiam Lutheranam. Et cum agnoscat vbiq; vulgū
non habere metum diuini iudicij, itaq; neq; apud Luthera-
nos, quid ergo tumide iactat in ecclesijs suis esse veram do-
ctrinam, verum vsum sacramentorum, &c. quorū omnium
contrarium euidenter ostendimus in tota Apologia: Inge-
nue tñ fatetur illis adhuc deesse disciplinam, quia etiā apud
eos plures esse vocatos, quā electos. Verius aut dico tibi Bu-
cere, nullā apud vos esse disciplinam, nullos quoq; electos,
nisi abiurata hæresi ad ecclesiam dei respiscendo redeant.
Nam si nihil coinquinatū intrabit in regnū celorū, vt Ioan.
inquit, quomodo qd hæreticum posset ingredi? Et qui nō
sunt hic de ecclesia, quō sperant se aliqñ futuros in celo?

Fatetur tamen aliquid disciplinæ superesse catholicis, cō-
fessionem puta sacerdotibus factam. Quod dū negare ne-
quit, calūniatur tñ illud cardiognostes, cordiū inspector
& renum scrutator, quia nō faciāt studio petēdæ veniæ. At
dico tibi Bucere: Tu quis es, qui iudicas alienum seruum, &

ex ma

ee. 2
Fol. 132

Fructus
Lutheri
ci euange-
lij.
Germani
in fide lau-
dati.

Luthera-
ni sine dīa
disciplina.

Apoc. 23

Confessio
nē catho-
licorum dī-
nat.
Roma. 24